Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich).

Quelle:
Copyright:



3

Litteræ donationum factarum Ardacensi ecclesiæ.

7a – 8a

Litteræ donationum factarum Canonicorum Ecclesiæ Ardacensi, nempe: Magistri H: dicti de S. Petronella Canonici Ardacensis, sine anno: Hermani Ecclesiæ Ardacens. Præpositi ab annis 1288. 1293. et 1296. Ulrici de Luhsnek Canon: Ardacens. partim sine anno partim ab anno 1315. Chunradi militis dicti Stevenharder ab ão 1308.

4

Biblia Sacra V: & N: Testam:

9a –

Biblia Sacra V: & N: Testamenti cum prologis S. Hieronymi, et aliorum. Versuum nulla reperitur distinctio, capitum vero alia ac in nostris habetur bibliis. Ab initio magna lacuna est: incipit enim liber Genesis a Cap: 37. vers: 22. Non interficiamus animam ejus. Pentateuchum excipiunt libri: Josue, Judicum, Ruth, Psalmorum, qui Origo Prophetiæ regis David inscribuntur; Psalmus: Domine exaudi orationem meam /: in Vulgata 101:/ rubricam præsefert: Oratio pauperis cum effuderit preces. Psalmos imediate sequuntur libri N: T: videlicet: 4 Evangelia, Acta Apostolorum Pauli epistolæ ad Romanos; Corinth: Galat: Ephesios, Philipp: Colossens: Thesalon: Timotheum, Tit: Philem: et Hebræos, et Apocalypsis. Dolendum sane, hunc codicem, qui certe antiquioribus Bibliothecæ nostræ accensendus est, tantopere vitiatum esse.